



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs

Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII

S. Catharina Senensis V. 30. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](#)

S. CATHARINA SENENSIS V.

S.

sc. Apillis.

1. Catharina vt primum fari potuit gradus descendens per singulos Virginis Matri, Ave Maria, deuotè recitabat. DOC. Assuecant Christiani à teneris MARIAM amare, ac sapientius salutare.

2. Anno ætatis septimo Christo sibi apparenti se in Sponsam voto virginitatis consecrauit: Christus vero praesentre Matre, alijsque cœlitibus se in Sponsum Catharinæ obtulit. DOC. Attende quid Amor Christi possit, & huic stude.

3. Ut eius amorē Christus probaret, sumpto mendici habitu sapientius stipem ab ea petire, quam imperatam coram cœlitibus laudauit. DOC. Causa me Christum sub mendicis latitantem vacuum à te sine charitate repellas.

4. Ut virtutem excoleret, scœminæ fœdo vletere laboranti operam addixit, à qua pro stipendio meras calumnias referebat: hinc subtilior facta, ut seipsum superaret, Christo que sposo se probaret, ex ipso vletere pus exsugit. DOC. Sic disce te pro Sponso generose superare.

5. Christo offerente illi Coronam auream, & coronam spineam, vt optionem faceret, Spineam max inuasit, qua Sponsum sciebat suisse ornatum ac transfixum: auream volebat alacri vita sexuari. DOC. Patere & tu cum Christo, cumque ipso aeternum coronaberis.

